



**Volumen Epistolarum, Qvas Romani Pontifices, Gregorivs  
III., Stephanvs III., Zacharias I., Pavlvs I., Stephanvs IV.,  
Adrianvs et Pseudopapa Constantinus miserunt& reges  
Francorvm, Carolvm Martellvm, ...**

**Gretser, Jacob**

**[München], 1613**

Item exemplar generale eiusdem Papæ ad cunctum exercitum à Deo  
protectum Regni Francorum, in qua continentur gratiarum actiones &  
vberrimæ benedictiones, pro certamine eorum, & vt magis in seruitio ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65166](#)

In columem Excellentiam vestram gratia superna cu-  
stodias.

**Item Epistola eiusdem Papæ, ad Dominum**  
Pippinum regem directa, in qua continentur lamentationes,  
eo quod Desiderius Rex consilium iniit cum Georgio imperiale  
Misko, qui hic Francia adfuit, ut Imperator suum exercitum  
in Italia contra Rauennam vel Pentapolim ad Romanam ur-  
bem ad comprehendendum mittat, & ipse Desiderius, cum  
uniuerso regno Langobardorum in eius adiutorium vel solati-  
um ea mala ad perpetrandum decertet, & quia cotidie scama-  
ras & degradationes in eorum finibus faciebant, cum nimiis  
adiurationibus postulans adiutorium obtinere contra ipsos

*Deest ergo  
hac Episto-  
la. Nec enim praenimia vetustate iam ex parte erat diruta, tamen alia ca-  
meminerunt  
in Summa-  
riis Bar. E.  
Centuria-  
tores. Faci-  
tior tamen  
iactura est,  
finis sit alti-  
ud contine-  
bat, quam  
superior E  
piscola.*

Langobardos, & ideo minime in hoc volumine est scripta, quia  
capitula in eadem non continentur inserta, sed sicut in su-  
periore Epistola legitur, sic & in ista scri-  
ptum reperitur.

**Item exemplar generale eiusdem Papæ ad cun-**  
ctum exercitum à Deo protectum Regni Francorum, in qua  
continentur gratiarum actiones & uberrime benedictiones,  
pro certamine eorum, & ut magis in servitio Dei omnipoten-  
tis, & sanctæ Dei Ecclesie, certando perseverent, ani-  
mum, Domini Pippini Regis ad hoc pera-  
gendum excitent.

## XXII.


**P**AULVS seruus seruorum Dei, omnibus dile-  
ctis nobis Episcopis & venerabilibus Presby-  
teris & Abbatibus atque religiosis Monachis  
glorio-

glorioſis etiam Ducibus & Comitibus ſeu vniuersa  
 Christo dilecta generalitati exercitus à Deo proteeti  
 Regni Francorum constitutis: conſiderantibus nobis,  
 & velut ignitam coram nostris aspectibus ſplendifluā,  
 Christo amabilis fortitudinis veſtræ fidem, & laborio-  
 ſum certamen adhibentibus, quod liberationi ſanctæ  
 Catholicæ & Apostolicæ Romanæ Ecclesiæ, quaæ vos  
 verbo prædicationis, peculiaritatis modo ſinceros ge-  
 nuit filios, exhibere totis niſibus\* ſtudemini, magna \*Audeſit.  
 nobis admirandi inhæret qualitas, & hæc laudis præ-  
 conia veſtro nomini & benedictæ generationi profer-  
 re in vniuerso non deſtitimus orbe terrarum. O dul-  
 ciſſimi atq; amantissimi nobis, quam vicissitudinis re-  
 penſationem veſtro exercitui conſeremus? Aut quaæ  
 theſaurorum copiæ dignæ ſint, ad tot beneficiorum  
 præſidia, quaæ ſanctæ Ecclesiæ contulisti? & licet in  
 hoc mentis conſideratio & poſſibilitas coartetur vo-  
 bis digna rependere, verum tamen eſt iudex iustus in  
 cælis, Dominus Deus noster, qui digna veſtrorum re-  
 tribuet operum merita. Verè enim eleuatum eſt no-  
 men gentis veſtræ ſuper multas generationum natio-  
 nes, & Regnum Francorum vibrans emicat in conſpe-  
 cu Domini: quod talibus benigniſſimis Dei Catholi-  
 cæ & Apostolicæ ſanctæ Ecclesiæ liberatoribus præ-  
 ornatur Regibus; Nouus quippe Moyses, nouusq; Da-  
 uid in omnibus operibus ſuis effectus eſt Christianiſſi-  
 mus, & à Deo protectus filius, & ſpiritualis Compater.  
 Dominus Pippinus, Dei nutu victoriosiſſimus Rex  
 per quem exaltata Dei Ecclesia triumphat, & fides Ca-  
 tholica ab hæreticorum telo illibata conſiſtit.

Et vos quidē, chariſſimi, gens ſancta, regale ſacer-  
 dotiū, populus adquiftionis, cui benedixit Dñs Deus  
 Israël,

Bar. Sum.  
29. Centra-  
riatores ex-  
tra reli-  
quias or-  
dinem hu-  
mam Epifote  
Summaris  
collocant.

Israël, gaudete & exultate, quia nomina vestra, Regumque vestrorum exarata sunt in cœlis, & merces vestra magna est coram Deo & Angelis eius. Firmum quippe, beatissimum Petrum Apostolorum principem, cui à Redéptore nostro ligandi soluendiq; peccata, in cœlo ac in terra concessa est potestas, adepti estis protectorem sed omnipotens Dominus, eiusdem sui Apostoli intercessionibus, benedicat, protegat, atque confortet & corroboret Deo amabilem communiam vestram, actusque vestros, in beneplacito suo disponat, tribuens vobis à cœlo victoriam, fines vestros dilatet, subiiciens excellentissimis Regibus vestris, omnes barbaras nationes ad perfectam liberationem & exaltationem sanctæ vniuersalis Dei Ecclesiæ, & fidei orthodoxæ integritatem, detq; vobis ea sapere, quæ illis sunt placita, & multò amplius corda vestra in amore beati Petri, & eius Apostolicæ Sedis illustreret, fidelique studio eius præceptis Apostolicis obtemperantes, vestrorumque regum mandata obseruantes, & præsentis vitæ cursum cum victoria & bona fama exequi, & æterna gaudia cum cœli ciuibus perfungi mereamini.



Item